

EMBLEMA LVIII.

Principia curanda.

LVIII.

Principiò neglecta labant.

Qui quondam dixit, rectè dixisse putatur,
 Dimidium facti, qui benè cœpit, habet.
 A cœptis pendent plerumque sequentia primis,
 Assolet & damnum non benè cœpta sequi.
 Sæpe ruunt nixæ fragili fundamine turres,
 Et posita in fluxo puluere recta cadunt.
 Principiis obstant medici, cùm corpora morbus
 Occupat, atque vrit languida membra febris.
 Ingenium quoque prima præbant elementa: feracis
 Portendunt messis tempora veris opes.

D

Incipe